



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

VII. Markgraf Ludwig verpfändet die Bede über einen Hof in Hinnenburg
und das Dorf Hindenburg, am 9. Sept. 1333.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

prietatem curie in Bernsted, quam honestus miles Gherardus, dictus de Odem, et sui heredes a nobis in pheodo habuerunt. — Testes sunt Dominus prepositus Hugo de Snege, Wernerus senior de Medinghe, Wafmod de Knefebeck milites, Otto de Dannenbergh famulus. — Datum Luchou, anno incarnationis dominice M.CCC. undecimo, in fancto die inuentionis fancte crucis.

Gerckens Verm. Abh. III. 265.

VI. Markgraf Ludwig verpfändet die Bede aus Klesse, Lichterfeld und Gargow, so wie den Hof zu Königsmark, am 21. und 23. Aug. 1333.

Anno domini M^oCCC^o tricesimo tercio, sabbato ante Bartholomei in Arnburg obligauimus Betikino de Deqwede suisque legitimis heredibus precariam sex cum dimidio mansorum in villa dicta plezze sitorum ad summam quatuor frustorum se extendentem et precariam duarum curiarum in villa Liechterevelde sitarum etiam ad summam quinque frustorum se extendentem, Referuata tamen nobis quancumque voluerimus facultate redimendi pro quadraginta marcis argenti et ponderis Brandenburgensis.

Eodem die et loco obligauimus Gyfoni Schöninberg suisque heredibus precariam tam denariorum quam annone XXIII mansorum in villa Gargowe sitorum pro L marcis argenti redimendi.

Eodem loco in vigilia beati Bartholomei contulimus Nycolao, Cunrado et Didikino fratribus de Quitzowe eorumque heredibus curiam dictam kunigsmark cum duobus mansis tali modo, quod nos heredes aut successores nostri habebunt facultatem redimendi quancumque decreuerimus aut decreuerint pro LX marcis argenti.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg. Geh. Staats- und Kab. Arch. I. C. 4^o. Nr. I. III.

VII. Markgraf Ludwig verpfändet die Bede über einen Hof in Hinnenburg und das Dorf Hindenburg, am 9. Sept. 1333.

Anno M^oCCC^oXXXIII^o. In Prempzlowe in crastino natiuitatis beate Marie contulimus domino petro de alta domo presbitero mediam precariam trium mansorum curie sue in hinnenburg ad tempora sue vite; pro qua nobis octo marcas erogauit, quas quidem octo marcas nobis per ipsum datas quancumque dicte curie precariam reemere volumus debemus defalcare, cuius quidem reempcionis omnimodam facultatem et posse nobis et successoribus nostris referuamus.

Eodem die et loco. Obligauimus Heinrico de Vincelberg villam nostram Hindenburg cum uniuersis suis pertinenciis Tali conditione, quod ipse dictos redditus ab eadem villa in antea percipiendos nobis heredibus et successoribus nostris defalcare debeat, quousque sibi de trecentis marcis argenti Brandenburgensis, in quibus sibi obligati sumus, fuerit integraliter satisfactum.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. VIII. und IX. Geh. Staats- und Kab. Archiv I. C. 4^o.